



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 21. S. Paula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

numero originem dedit. Jam pridem, Sæculum IV.
nempe annos ante quadraginta pietatis, A. C. 382.
& vitæ Monasticæ amor S. Marcellæ in-
fillatus fuerat, cum S. Athanasius sub Ju-
lio SS. Pontifice anno 341. Romam ve-
nit; tunc enim ipso docente S. Antonii, *Sup. l. XII.*
adhuc dum viventis institutum, & Disci-
plinam Monasteriorum S. Pacomii pro
viris æque ac fœminis didicit. *§. 20.*

§. XXI.

S. Paula.

Paula Marcellæ amica, atque inter Ma-
tronas Romanas, S. Hieronymi Disci-
pulas, facile illustrissima, ex Rogato & *Hier. ep. 27*
Blesilla parentibus orta erat. Pater e-
jus genere Græcus, gentis suæ originem *ad Eust. c. 1.*
ab Agamemnone repetebat. Mater a
Scipionibus, & Grachis genus ducebat.
Paula Julio Toxotio in matrimonium da-
ta est, viro ex familia Julia, atque ideo
ex Julii, & Æneæ sanguine. Genuit tres
filias, & filium unum. Filiarum primo-
genita, ab aviæ nomine Blesilla dicta, se-
ptem non pluribus mensibus in matri-
monio vixit, quod & Marcellæ contige-
rat, & relicta est vidua, viginti annos na-
ta. S. Hieronymus, Romæ agens, eidem
librum Ecclesiastici interpretatus est, ut *Ep. 116. ad*
contemptum mundi insinuaret. Roga-
vit ipsa, ut sibi commentariolum hujus *Paul. &*
libri abiturus relinqueret, quo Scriptu-
ram *Eust.*

Sæculum IV.
A. C. 382.

ram istam, ipso absente, posset intelligere, dumque ipse parat opusculum componere, illa violenta febre correpta, paucos post dies extincta est. S. Paulam, filia mortem vehementissime dolentem, S. Hieronymus data Epistola solatus est, qua memorat, Blesillæ græce, latineque loquendi peritiam; hebræam quoque paucis diebus cepisse, nec unquam S. Scripturam e manibus dimisisse.

*Ep. 52. ad
Pamm. ep. 50
ad Pamm.
init.*

Filia S. Paulæ, Paulina nuptui data est Pammachio, sanctæ Marcellæ cognato, ex familia Furia, qui plures inter Majores suos numerabat Consules. Veteri amicitia vinculo S. Hieronymo, quondam suo Condiscipulo, junctus erat, cui ille non nulla opuscula inscripsit. Paulina prior ex hac vita cessit; tum ipse ab uxore liber, & improlis totum se piis operibus, & Dei servitio dedit; vitam Monasticam amplexus, omnia bona sua juvandis pauperibus, præcipue peregrinis, hospitio prope portum Romanum exstructo, impendit. Tertia S. Paulæ filia Eustochium vocabatur, quæ, nunquam a Matre discedens, Virgo permansit. Quarta Ruffina fuit, postmodum Alethii ex ordine Clarissimorum Conjug. S. Paulæ filius, omnium natu minimus, nomine Patris sui Toxotius vocatus, duxit Letam filiam Albini, Gentilis, & Idolorum Pontificis, qui deinde in sua senectute, filia, &

*Ep. 26. ad
eund.*

*S. Paula &
Filia ejus.*

& genero hortantibus, fidem suscepit. Sæculum IV.
A. C. 382.
Ex matrimonio Toxotii, & Letæ proge-
nita est Paula junior, cujus gratia S. Hieronymus ad Letam, tunc jam viduam, præcepta de puella Christiane educanda scripsit. Talis fuit S. Paulæ familia.

Alia etiam Elogia duarum viduarum, Leæ, & Fabiolæ, & Virginis Afellæ a S. Hieronymo accepimus. Lea monasterio Virginum præerat, quas magis exemplo, quam verbis instruebat; noctes in oratione transigebat, vili vestitu, & cibo utebatur, a quibus tamen paupertatis ostentatio aberat. Moribus humillima, omnium cæterarum ancilla videbatur, quæ olim maximo famularum, & mancipiorum numero imperaverat. Ejus memoriam Ecclesia 22. Martii agit. S. Hieronymo, quodam mane S. Marcellæ Pfallum 72. explicanti, relatum est, defunctam esse Leam; hinc, occasione arrepta, eidem deinde defunctæ Elogium misit. Post biduum eidem quoque misit Elogium Afellæ, ipsius Marcellæ sororis, adhucdum in vivis existentis; Hæc decennis Deo consecrata fuerat; duodenis cellulæ se inclusit, humi cubans, solo pane, & aqua victitans, sæpe duos, tresve dies, & in quadragesima integras septimanas jejuna. Tunc annos numerabat quinquaginta, & necdum tanta austeritas ejus valetudini nocuerat. Suis mani-

*Ep. 24. ad
Marcell.*

*Ep. 15. ad
Marcell.*

Sæculum IV. manibus laborabat, cella non exibat, nisi ut in Ecclesias Martyrum se conferret, a nemine visa. Nunquam viro locuta fuit. Raro sororem in conspectum admittebat, moribus simplex, semper sibi similis, & in medio urbis Romanæ tumultu solitaria. Ecclesia sexta Dec. ejus memoriam colit. *Fabiola*, illustri Fabiorum familia exorta, viro nupsit, ea morum dissolutione, ut, cum tolerare non posset, eum relinqueret; tum juvenilibus adhuc annis libertate, a legibus civilibus sibi concessa, utens, alteri juncta est. Marito hoc secundo elato, cœpit peccatum agnoscere, atque perpendens, secundas nuptias Legi Evangelii fuisse contrarias, publicam pœnitentiam subire sustinuit; ergo Sabbato ante festum Paschæ ad Basilicam Lateranensem, aliis pœnitentibus mixta, comparuit, sparsis capillis, habituque, quo cœteri omnes, ad tristitiam composito; huic spectaculo Episcopus, Presbyteri, omnisque populus illacrymatus est. Ipsa extra januam perseveravit, donec eam Episcopus, qui ejecerat, in Ecclesiam reduxit. Post hæc, venditis omnibus bonis, prima Romæ fuit, quæ ægrotis Nosocomium erexit, ubi suis manibus decumbentibus serviebat. Sua liberalitate Clericos, Monachos, Virgines non solum Romæ, sed in omni Hetruriæ ora, ubi jam tunc condi-

ta

taerant Monasteria, juvabat. Verosimi-
 le est, istam nobilium foeminarum, alio-
 rumque divitum Christianorum charita-
 tem magnum mendicorum numerum
 Romam contraxisse, atque ad hoc tem-
 pus Valentiniani junioris Decretum re-
 fertur, ad Praefectum Romæ anno 382.
 directum, quo jubetur mendicorum æta-
 tem, & vires examinare; debilibus sub-
 veniat, validos Denuntiatori tradat, si
 servilis sint conditionis, si vero liberi, ad
 agriculturam inertes compellat. Con-
 stans semper sanctorum virorum opinio
 fuit, in largiendis eleemosinis pauperum
 selectum esse oportere, ne eorum maxi-
 mo damno, qui vere pauperes sunt, va-
 gorum hominum otium, & avaritia fo-
 veatur. (*)

Sæculum IV.
 A. C. 382.

L. un. C. de
 mendic.

Ambr. off. II
 c. 16.

§. XXII.

(*) Hier reisset der protestantische Uebersetzer die Gelegenheit bey den Haaren an sich die Bettelmönche zu lästern. Er saget: Das war auch eine Ursach, warum zu diesen, und in den nächstfolgenden Zeiten keine Bettelmönche geduldet wurden. . . . Einen Mönch der nicht arbeiten wollte, sahen die Alten für einen öffentlichen Betrüger, und Strassenräuber an, wie solches Socrates angemerkt hat.

Wenn er als ein ehrlicher Mann schriebe, würde er einen Unterschied machen zwischen einigen Landläufern, dergleichen der heil. Vater Benedictus